

II.

[Expositioⁱ et de quibus tractant septem uisiones^j] Locuturi aliquid de libro apocalipsis ante omnia nobis cernere est, quod liber iste titulo, salutatione, prefatione munitur, deinde septem partibus distinctus^k et^l temporibus terminatur. Titulus^m vero est, quicquid salutationi prescribitur; prefatioⁿ est, quod eidem subscribitur^o usque ad illum locum^o, in quo dicitur^p: Et *angelo Ephesi ecclesie scribe*⁶⁸. Quamvis non solum in hac parte prima, verum etiam^q in singulis septem partibus similitudo prefationis videatur
 340 precedere, que primo^r quidem ut in stagno colligitur, deinde ac si in flumine derivatur^s. Pars igitur prima de septem tractat^t ecclesiis, secunda de signaculis septem^u, tertia de septem angelis tubis canentibus, quarta de muliere amicta sole et de partu^v eius, quinta de septem angelis de templo tabernaculi^w egressis habentibus septem phialas plenas iracundie dei effundendas^x super terram, sexta de ruina Babilonis^y, de prelio Christi et bestie^z
 345 et qui cum ipsa erunt^a pseudoprophete^b, postremo^c de absolutione diaboli, qui seducturus est gentes^d. Que scilicet sexta pars, ut premissum est⁶⁹, in duas dividitur et pro duabus accipienda est. Septima vero pars de^e iudicio^f agit et de^g gloria civitatis superne. Significata sunt hec omnia in octo illis
 350 diebus⁷⁰, quos^h prima acⁱ secunda ostensione sua, postquam resurrexit a mortuis, unigenitus dei filius^k consecravit. Quorum configuratio^l talis est^m. Primo resurrectionis diei pars prima congruit, secundo secunda, tertio tertia, quartoⁿ quarta, quinto quinta, sexto sextaⁿ. Dies vero septimus^o

i-i) *fehlt ABCE*; De titulo libri apocalipsis AC. k) distinctis ABCE. l) in B; in septem AC. m) tituli B. n-n) *fehlt E*. o) *fehlt C*. p) scribitur. Dicitur B. q) et E. r) in prima D. s) *dirivatur BE*. t) tractant E. u) *fehlt D*. v) partibus D, *offenbar auch in der Vorlage von E, wo aber partu korrigiert wird*. w) tabernaculis B. x) effundendas A. y) *folgt et E*. z) *belue B*. a) *erant BD*. b) pseudoprophetarum AC. c) *folgt et in fine eiusdem sexte partis D*. d) *folgt per antichristum et de dampnacione eorum D*. e) *folgt communi resurrectione et D*. f) *folgt et salvacione bonorum et dampnacione malorum D*. g) *fehlt B*. h) que ABCD. i) a AC. k) *folgt deus AC*. l) consignatio AC; significatio DE. m) sunt E. n-n) et sic de ceteris usque ad sabbatum DE. *Diese Lesart beweist, daß DE eine Überarbeitung repräsentieren*. o) septima D.

Haec septima (aetas) erit sabbatum nostrum cuius finis non erit vespera, sed dominicus dies velut octavus aeternus, qui Christi resurrectione sacratus est.

⁶⁸) Apoc. 2,1.

⁶⁹) Z. 239; Z. 278.

⁷⁰) vgl. Ioh. 20,26.